



D. IOANNIS
GV TIERREZ IVRISCONSULTI
HISPANI PRÆCLARISSIMI, CANONICI
DOCTORALIS ALMÆ ECCLESIAE
CIVITATENSIS.

Repetitio Solemnis L. Nemo potest, ff. de
Legatis primo.

SVM MARIA.

- 1 **T**estator non potest tollere formam traditam à iure in testamentis condendis.
- 2 Testator licet excusauerit tutores à se datos à ratione mala administrationis reddenda, nihilominus tutores tenentur eam reddere ratione doli.
- 3 Voluntas testatoris facit formam & conditionem.
- 4 Lex vadit pedetentim post mentem testatoris, sicut venator post leporem.
- 5 Facultas & libertas, qua datur defunctorum ultima voluntati, magis accedit iuri naturali, quam successio filiorum.
- 6 Voluntas testatoris ut valeat, non debet esse contraria legibus.
- 7 Facultas concessa alicui, in dubio debet intelligi secundum ius commune.
- 8 Facultas concessa alicui, si intellecta secundum ius commune nihil operatur, intelligi debet contra ius, cui hoc casu censetur derogatum, quia verba intelligi debent, ut aliquid operentur.
- 9 Sed hoc casu ea solemnitas censetur remissa, cuius omisso sit absque iniuria terti, secus quae sit alteri praedictialis.
- 10 Omnis solemnitas seu forma substantialis, est iuris publici.
- 11 Ius introducens solemnitatem seu formam substantialem, est inuentum ad tollendas fraudes.
- 12 Testator potest disponere, ne datione extranei coheredis vel substitui vulgaris, tollatur iustas.
- 13 Testator potest disponere, quod legatum conditionale efficiatur ex necessaria dictionis adiectione.
- 14 Testatoris animus & voluntas ad id, per qua verba percipi possit, & n. 15.
- 15 Testator potest facere, ut quod transmissibile non est, ad heredes transmittatur.
- 16 Testator potest facere, ut mulier secundo nubens non incidat in poenas l. 1. C. de secund. nupt.
- 17 Filij prioris matrimonij possunt poenas illas d. l. 1. matri secundo nubenti remittere.
- 18 Poena supradicta secundo nubentium, hodie iure canonico sunt sublata.
- 19 Poena secundo nubentium, qua sunt in fauorem filiorum, non censentur sublata iure Canonico.
- 20 Iure Regio poena secundo nubentium sunt sublata, praeter eas, qua fauorem filiorum respiciunt.
- 21 Testator potest iubere, quod conditio non habeatur pro impleta, etiamsi non steterit per implere debentem, & sic potest derogare l. iure ciuili, ff. de condit. & demonstratio.
- 22 Testator potest disponere, ut dominium rei legatae solum apprehensa possessione transeat legatarium, & non antea.
- 23 Testatoris prohibitio de non alienando impedit dominij translationem.
- 24 Alienatio facta contra prohibitionem testatoris, est ipso iure nulla, ubi quis admittatur ad reuendicandum.
- 25 Contrahentis prohibitio de non alienando, non impedit dominij translationem.
- 26 Ratio differentia in hoc constituitur inter contractus & ultimas voluntates.
- 27 Contrahentis prohibitio de non alienando, iuncta hypotheca specialis eius rei, qua prohibetur alienari, impedit dominij translationem.
- 28 Hypothecaria vel personali actione agi non potest aduersus fideiussores, nisi precedente excussione in persona principalis debitoris.
- 29 Hoc fallit, si in instrumento pactum de non alienando cum hypotheca specialis adsit.
- 30 Hypotheca irregularis, qua interuenit in constitutione census vel emphyteusis, bene transit contra tertium, etiam non discussa principali.
- 31 Ius executivum passivum est personale, quod non sequitur rem, sed personam, & ideo non datur contra tertium rei possessorem, nec contra non nominatum in instrumento.
- 32 Annua pensio super aliquo fundo inter aliquos priuatos constituta, tertius illius fundi possessor non potest actione personali pro dicta pensione conueniri, praeterquam in tributo vel censu principis.
- 33 Creditores futuri essent, si peterent executionem instrumenti guarentigij contra tertios possessores bonorum hypothecariam intentare.
- 34 Hypothecaria actio, licet contra principalem debitorem nominatum in instrumento guarentigio sit executiua, tamen contra tertium rei singularem possessorem est ordinaria.
- 35 Practicatus casus praecedens.
- 36 Hypotheca irregularis, qua interuenit in constitutione

- 2 censu, vel emphyteusis etiam est via ordinaria persequenda aduersus tertium rei singularem possessorem non vero executiue.
38 Instrumentum quarentigium cum pacto de non alienando cum hypotheca speciali, potest exsequi contra tertium rei possessorem in ipsamet.
39 Instrumentum quarentigium, habens pactum de ingrediendo possessionem rei hypothecata propria auctoritate, potest exsequi in re ipsa hypothecata, etiam a tertio singulari possessore possessa si huiusmodi possessor habeat causam a debitore principali, vel simul cum dicto pacto ad sit clausula constituti.
40 In re duobus vendita praefertur ille, cui prius tradita est.
41 Hoc limitatur, praeterquam si pro prima venditione ad sit pactum de non alienando cum hypotheca speciali ipsius rei.
42 Emptor non tenetur stare colono.
43 Hoc limitatur si pro locatione ad sit pactum de non alienando cum hypotheca speciali ipsius rei locata.
44 Deficiente in locatione pacto de non alienando, licet ad sit hypotheca generalis, vel specialis, emptor non tenetur stare colono, dum tamen ei satisfaciatur suum interesse.
45 Emptor tenetur stare colono, quando pro securitate locationis ad sit iuramentum & hypotheca specialis.
46 Lex Regia prohibetur iuramentum apponi in contractibus sub certis poenis, praecipue annulationis contractus.
47 Lex Regia super dicta tantum prohibet iuramentum apponi in contractibus valida de per se absque iuramento, non autem in his contractibus, qui absque ope iuramenti sunt infirmi, ut minorum & mulierum.
48 Debitor qui ex conventionione non potest rem hypothecata alienare, bene potest eam alteri locare, vel pignori, praeterquam si aliud conueniat.
49 Hoc limitatur in locatione ad longum tempus.
50 Dominium, saltem utile, transfertur ex locatione ad longum tempus.
51 Praeterquam si ex mente contrahentis vel legis constet contrarium.
52 Locatio facta ad nouennium cum pacto renouationis alterius nouennij a debitore, qui ex lege conventionionis non potest rem alienare, non valet nec tenet.
53 Locationes rerum minorum facta a tutoribus ad nouennium ita ut finito nouennio res iterum conducta videatur, non valent.
54 Debitor, qui ex conventionione non potest alienare rem hypothecata, non potest illam pignori potiori, a quo non facile res recuperari possit.
55 Cautela optima ad hoc, ut res prohibita alienari, non possit locari, vel pignori.
56 Cautela etiam, ne transeat possessio, si de facto alienetur res prohibita alienari, etiam si tradatur, quae alias transtret.
57 Pactum de non alienando cum hypotheca generali, quod impediatur dominij translationem, prima opinio.
58 Pactum de non alienando cum hypotheca generali, quod non impediatur dominij translationem, secunda opinio communis.
59 Testator potest facere, ne regula Catoniana in suo testamento locum habeat.
60 Declaratio l. 5. tit. 7. Noua Recop.
61 Eadem l. Regia ampliat in vinculis particularibus tertij & quinti.
62 Facultatem testandi & successiones, maxime ex testa-

- mento, omni respectu de iure ciuili esse prima opinio.
63 Iura ciuilia merito temperasse formam & solemnitates in testamento caeci.
64 Potuisse ius ciuile augere solemnitates in testamento caeci.
65 Ius ciuile potuisse minere solemnitates in testamento inter liberos, & ius Regum in omnium testamentis.
66 Iure Regio pro sigillis testium requisitis iure communi & remissis, additus est tabellio, signumque suum.
67 Consuetudine posse minui solemnitates in testamento, ut in testamento rustici.
68 Ius ciuile potest declarare, qui possint vel non facere testamentum.
Princeps potest facere, ne aditione queratur hereditas, vel ne heredes representent defunctum, & omnes defectus testamenti tollere, eodem numero 68.
69 Princeps potest legitimare spurium in prauidium venientium ab intestato, & n. 75.
70 Quod procedit non solum de lata hereditate, verum adita, & an possessione apprehensa idem possit.
71 Princeps non potest tollere ea quae sunt iuris gentium, nisi cum causa legitima.
72 Princeps si auferat alicui rem suam cum causa, cessante illa causa, debet domino restitui rei sua.
73 Princeps quando auferat alicui rem suam, debet intelligi soluto pretio.
74 Hoc procedit, etiam si causa, ob quam auferatur, sit iustissima.
75 Princeps quod non possit legitimare spurium in prauidium venientium ab intestato, hereditate iam quaesita, nisi ex legitima causa, & soluto bono cambio.
76 Hereditas postquam est adita, non dicitur amplius hereditas, sed proprium patrimonium heredis.
77 Testamentum, in quo iuris sollemnitas deficiunt, pro non facto habetur.
78 Ex testamento minus solemniter oritur ciuilis, nec naturalis obligatio: sed latius de hoc infra n.
79 Facultas testandi licet quoad formam & solemnitates sit de iure ciuili, quoad originem tamen & substantiam est de iure gentium & naturali, secunda opinio.
80 Ex testamento minus solemniter de iure ciuili, perfecto autem de iure gentium, vel naturali, oritur naturalem obligationem, de hoc latius infra n.
81 Princeps non potest de plenitudine suae potestatis tollere facultatem testandi hominibus.
82 Nemo praeter Papam potest alterare voluntates testatorum.
83 Papam non, nisi ex plenitudine potestatis, posse alterare voluntates testatorum, & Episcopus si id faciat tanquam Apostolica sedis delegatus, causa cognitionem praemitti oportere.
84 Testator non potest disponere, ne edictum praetoris in suo testamento locum habeat.
85 Testator non potest disponere, quod consuetudo legitima non habeat locum in suo testamento.
86 Iudex qui iudicat contra consuetudinem, facit litem suam, sicut qui iudicat contra ius.
87 Testator non potest in suo testamento aliquid praecipere, quod humanitati vel ciuilibus moribus obuiet: & sic quod reliqua ipsius in mare auertantur.
88 Testator, qui Principis privilegio testatur, non potest facere, quin leges in suo testamento locum habeant.

- 89 Testator non potest facere, ut statuendis legibus alimta praestari pro ratione facultatum, praestentur filiis suis ultra suas facultates.
90 Testator non potest facere, quin leges, quae disponunt, impensam funeris fieri debere aucta ratione facultatum testatoris, in suo testamento locum habeant.
91 Ratio assignatur ad l. 13. tit. 6. lib. 5. Noua Recopil. Regia.
92 Dicta l. Regia intelligitur tantum, quando testator reliquit filios, vel alios descendentes, secus eis non relicto.
93 Procedit etiam dict. l. Regia, existantibus ascendentibus; Nam de tertio debet deduci impensa funeris, & non aliunde.
94 Quintum bonorum defuncti si non sufficiat ad omnia legata persoluenda, quae prius deduci debeant.
95 Impensa funeris praefertur debitis, etiam si creditores habeant tacitas hypothecas, & quid si expressas.
96 Impensa funeris praefertur doti.
97 Impensa funeris praefertur deposito facto penes defunctum, & recepto per eum.
98 Testator an possit in suo testamento prohibere ius accrescendi, & sic derogare l. ius nostrum, ff. de regul. iur. i. opinio.
99 Secunda opinio super eodem articulo.
100 Tertia opinio super eodem articulo.
101 Quarta opinio super hoc eodem articulo.
102 Quinta opinio super hoc eodem articulo.
103 Ius accrescendi est introductum a iure, ne testator deceptus pro parte restatus, & pro parte intestatus.
104 Testator non potest eam usuram testamentum permittere, quae legibus contraria sit: hodie nullam usuram potest permittere.
105 Testator non potest in suo testamento canere, quod clericus conueniatur coram iudice seculari.
106 Clericus etiam cum iuramento non potest renuntiare suo foro, neque iurisdictionem iudicis secularis prorogare, neque consuetudo, quae hoc induceret, aliquid valeret.
107 Clericorum exemptio a limitibus iudicij secularis, diuini est iuris, non humani, opinio communis & tenenda.
108 Inferretur ex hoc ratio ad capit. si diligenti, de foro competentis.
109 Clericos fuisse exemptos a iudice seculari, iure canonico tantum, & non diuino, alia opinio.
110 Papam non posse subicere clericos iurisdictioni seculari, secundum opinionem quorundam.
111 Forma a lege introducta renuntari non potest, nec quicquam ex ea mutari: etiam si mutetur in melius, numero 112.
112 Forma omnis, seu solemnitas est iuris publici.
113 Forma nihil potest addi nec detrahi, & adimpleri debet ad unguem, nec sufficit per aequipollens.
114 Solemnitas aliqua ex requisitis in materia de ventre inspiciendo si omittatur, non corrumpit actum.
115 Sed id ea ratione ibi fuit, quia ea solemnitas leuissimula.
116 Omisio signi Crucis in inuentario requisiti, non vitiat inuentarium.
117 Inuentarium testis de veritate dicenda potest remitti ex consensu partium.
118 Testis productus etiam si religiosus sit, tenetur iurare de veritate dicenda.
119 Cardinalibus testimonium ferentibus non iuratis non creditur.
120 Testibus etiam mille non creditur, si modo iurati non sint.

- 121 Papam statuere non posse, ut testibus non iuratis credatur.
122 Testes non iuratos recipere non potest ille, cui commissum fuit, ut in aliqua causa procedat omitta solemnitate iuris ciuilis.
123 Testes qui ex artibus sua peritia declarant, iuramentum debent praestare de credulitate.
124 Testis iuramentum, an de ordine, vel de substantia sit?
125 Testis iuramentum est induclum in fauorem partium, ideo possunt ei renuntiare & credere, & stare dicto vniu, etiam non iurati.
126 Partes rogantes aliquem vilem atque infamem, ut ad sit in testem contractus, videntur illius fidem approbare, neque poterunt illi opponere aliquem defectum persona.
127 Quod intelligitur in quacunque inhabilitate testium siue sua persona, siue fauore alterius.
128 Procedit etiam in producente testes in iudicio, nam videtur illorum personas approbare.
129 Producentis testes in iudicio, an ex sola productione ipsorum, non secuta eorum examinatione, videtur eos approbare?
130 Producentis testes in iudicio, qui iurati sunt, non potest altera parte inuita eis renuntiare, ut non examinentur.
131 Producentis testes in summano iudicio tantum, an possit opponere in personas eorum in plenario iudicio.
132 Producentis testes in iudicio, non videtur eorum dicta approbare, quin possit in ea obycere.
133 Iuramentum testis de veritate dicenda, sunt qui existiment, non posse partes remittere, & eorum fundamenta, & n. segg.
134 Partes, etiam si sit probationibus renuntiatum, possunt producere in testem virum religiosum, vel alium probatissima opinionis.
135 Testis nota fidei & auctoritatis, licet varianerit in dicto suo, potest illud corrigere.
136 Renuntari potest per partes ei, quod principaliter in ipsarum fauorem introductum est, licet secundario in fauorem publicum.
137 Partes possunt facere & conuenire, ut ex vniu testimonio litis cuiuspiam determinatio fiat.
138 Iuris praetoris tantum aequitate conualescit testamentum in casu leg. filio praeterito, ff. de iustro rupt. & c.
139 Bonorum possessio, & solemnitas agnitio, etiam hodie erit necessaria in casu d. l. filio praeterito.
140 Bonorum possessio ibi, nec in alijs casibus, ubi alias erat necessaria, non requiritur, quoties testamentum sit coram Principe, sed iure ciuili hereditas adiri potest.
141 Filius an a principio possit consentire, ut exheredetur?
142 Filius, an a principio possit consentire, ut praeceatur?
143 Filius, an possit consentire in vinculum & grauamen in sua legitima?
144 Verbum potest, iunctum cum negatione, induci necessitatem, & priuat potentiam.
145 Pupillus sine auctoritate sui tutoris contrahens obligatur naturaliter.
146 Differentia, an sit vera Bartoli, inter hac verba legis, non possit, vel non potest.
147 Pupillus contrahens sine tutoris sui auctoritate non obligatur ciuilitur.
148 Infans contrahens sine tutoris auctoritate non obligatur naturaliter, nec etiam pupillus, si suo tutori promittat.